Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



325

361

Que ergo ordines angelorum hymnis quibus sacro testante eloquio esse sumus angelos archangelos virtutes potestates principatus dominationes thronos cherubim et seraphim. T. In conspectu genuflectite vos enim in cordibus vestris adorate et timete dominum angelis enim eius vobis sunt. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data est ei mensa multa. Vers: In 2o no. Ascendit fumus aromatum in conspectu dei de manu angeli. Ps. Dne quis habitabit. A. Michael archangelus venit in adiutorium populo dei. Ps. Celi enarrant. A. Michael prepositus paradysi quem honorificat angelorum nutus. Ps. Domini est terra. Ant. In conspectu angelorum.

Esse namque angelos archangelos pene omnes sacri eloquii paginae testantur cherubim vero atque seraphim sepe ut notum e libris prophetarum loquitur. Quatuor vero ordinum nomina paulus ad ephesios enumerat dicens Sup omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem. T. Ant. In conspectu angelorum psallam tibi et adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo dne. Sup misericordia tua et veritate tua quoniam magnificasti super omne sanctum nomen tuum et co. Ou iuxta ad colosenses scribens aut sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates. Dominationes vero et principatus et potestates ita ad ephesios loquens de scripserat. Hec ea quae colosensibus dictis premisit thronos de quibus nec dum quidem fuerat ephesios locutus. T. Ant. Hic est michael archangelus princeps militiae archangelorum. Cui honor prestat beneficia populorum et ordo producit ad regna celorum. Ant. Angeli archangeli throni et dominationes principatus potestates virtutes celorum. Cui:

Qui vero illis quinque quae ad ephesios dixit idest principatibus potestatibus virtutibus atque dominationibus iungunt throni quique sunt ordines quos spiritus exprimunt quibus dum angeli et archangeli cherubim et seraphim adiuncti sunt paulo dubio nouem esse ordines angelorum inuenimus. T. Ant. Venit michael archangelus cum multitudine angelorum cui tradidit dns animas sanctorum. Ut producat eas in paradysum